Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

# Joannis Ulrici L.B. De Cramer, Cameræ Imperialis Assessoris, Observationum Juris Universi Ex Praxi Recentiori Supremorum Imperii Tribunalium Haustarum

Adeoque Non Solum Iis, Qui In Eadem Consulendo, Advocando, Procurando, Vel Judicando, Sed Et Aliis, Qui in Praxi Judiciorum Germaniæ Inferiorum Versantur, Imo Et Doctoribus Ac Professoribus, Qui In Academiis Jurisprudentiæ Universæ Pragmaticæ Excolendæ Et Tradendæ Operam Navant, Perutilium

**Cramer, Johann Ulrich von**

**Darmstadii, MDCCLXCI**

Index Observationum.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-11435**

Visual Library

# INDEX OBSERVATIONUM.

*Obſ.* *Pag.*

784. Ulterior effectus juris Diſtinctionis inter Jus circa ſacra Collegiale & Majeſtaticum quoad indolem Conſiſtorium apud Proteſtantes. 1

785. Si Filiæ Nobiles ipſo jure pro renunciatis habentur, ad bona feudalia Stemmatica & fideicommiſſo affecta, Teſtamento quidem vocari nequeunt, bene tamen ad ea quæ ex iisdem vel aliunde pleno jure a poſſeſſoribus acquiſita. 4

786. Dos ergo, quam Filiæ Nobiles renunciare ſolent, probe diſtinguenda eſt a portione hæreditaria, quæ ipſis ob excluſionem a bonis feudalibus, Stemmaticis & Fideicommiſſo affectis relicta. 17

787. Animus hæreditatem adeundi & ſibi habendi re ipſa, & vel circa res particulares hæreditarias declaratus, ad apprehendendam poſſeſſionem hæreditatis totius ſufficit, nec requiritur Inſtrumentum Notariale. 18

788. In Proceſſu Mandati etiam S. C. non ſemper paritorie, ſed & condemnatorie pro exigentia rei pronunciari poteſt. 18

789. Renunciatio Filiarum Nobilium erga dotem vel determinatam portionem hæreditariam, per ſe non includit Renunciationem auf die Neben = oder Bruder = Fälle. 19

790. Filiabus Nobilibus in bonis feudalibus & Stemmaticis, ratione der Abfindungs= Gelder, maternæ & fraternæ hæreditatis, jus retentionis in bonis iſtis competit. 38

791. Specimen Jurisprudentiæ Judaicæ. 39

792. De modo in concipiendis Sententiis Fiſcalibus, adhibendi formulam Executorialium R. I. N. præſcriptam. 43

793. In cauſis Subditorum contra Magiſtratus literis informatorialibus opus non eſt, ſi hi Gravamina ſubditorum ſponte tollere paratos ſe ſiſtunt. 44

794. Quodſi Proceſſus Appellationis ea ex ratione denegantur, quod ſententia nil definitivi contineat, appendix conſuetus eſt Decreti: abgeſchlagen, jedoch bleibet Supplicantens Principali, wofern er hiernächſt in der Hauptſache beſchweret werden ſollte, ſeinen Recurs an dieſes Kaiſerl. Cammer = Gericht zu nehmen ohnbenommen, ſondern vorbehalten. 45

*

795. Super

Landesbibliothek Oldenburg

*Obſ.* *Pag.*

795. Super nullitate profeſſionis Religioſi, quoad effectus Civiles, inter Immediatos ſuprema Imperii Tribunalia cognoſcere poſſunt. 45
796. Quando Minuta probet contractum perfectum? 46
797. Sub Impenſis funebribus comprehenduntur etiam ea, quæ pro parandis epulis pro loci conſuetudine erogata. 49
798. Individuitas hæreditatis, concurrentibus diverſis Jurisdictionibus & reis, cauſam ad Judicium omnium ſuperius trahit. 49
799. An Remedium ex L. fin. C. *de Edicto D. Hadr. toll.* ex teſtamento nuncupativo inſtitui poſſit? 56
800. An verba erblich ſeyn und bleiben ſollen, donationem ſimplicem vel mortis cauſa denotent? 57
801. Sepulchra familiaria, nequidem conſenſu omnium, qui de familia ſunt, alienari, nec quamdiu familia durat, præſcribi poſſunt. 61
802. Nequidem Privilegia de non appellando Electoralia aliter conceduntur, & pro inſinuatis in ſupremis I. Tribb. acceptantur, quam caſu denegatæ Juſtitiæ excepto. 63
803. S. Mandatum de non turbando in poſſeſſione vel quaſi &c. C. C. emanatum, Mandatum Attentatorum revocatorium decerni nequit, ſed ſupplica ad judicium remittenda, vel annectendo inhibitionem, vel Mandatum per Paritoriam ad illud, ad nova facta extendendo. 63
804. Mediata immediatorum Tutela Curave Cæſarea ceſſat, ſi bona pupillorum minorenniumve in diverſis locis ſita. 64
805. Si pars una Appellationem in Camera Imperiali, altera vero in Judicio Imperiali Aulico introduxit, hæc vero deſiſtit & Jurisdictionem Cameræ prorogat, neceſſe eſt, ut formalia in Judicio Imperiali Aul. obſervata juſtificet. Quo facto decretum ad judicium remiſſorium dandum. 65
806. Exemplum illuſtre Tutelæ Pactitiæ in ſpecie in Familia Dalbergica, junctis ipſis Pactis Familiæ. 67
807. Officialem ab officio & ſalario removere, ac dein demum de iis cognoſcere, quæ ipſi imputata, idem eſt, ac proceſſum ab executione inchoare, facitque ceſſare forum geſtæ adminiſtrationis, injuſtiſſimamque efficit retentionem reſidui ſalarii. 86
808. Si cauſa denunciatorum contra Officialem civiliter tractatur, is ad Articulos Inquiſitionales reſpondere adſtringi nequit, nec communicatio denunciatorum in ſcriptis ad Defenſionem pro avertenda Inquiſitione ignominioſa, ipſi denegari poteſt. 89
809. Qui in actu Legibus publicis prohibitio verſatur, poſſeſſione vel quaſi ſe tueri nequit, niſi Leges actum abſolute non prohibeant. 90

810. In

Landesbibliothek Oldenburg

Obſ. Pag.

810. In Colliſione Rationum, Sententia Judicis dubia, de iis intelligi nequit, quas producens juramenta confirmare recuſavit. 92
811. Juramentum in forma delata præſtandum non eſt, niſi forma delata themati probando conformis ſit. 92
812. Quatenus a Delegato ad delegantem immediate provocetur? 93
813. Actioni ex L. fin. C. de Ed. D. H. toll. Exceptio vitii viſibilis non obſtat, ſi ſententia immiſſoria in rem judicatam prolapſa. 94
814. An valeat conſequentia von der Markherrſchaft auf die Steinbruchs-Gerechtigkeit? 94
815. Moratoria Cæſarea de iis debitis intelligi nequeunt, quæ tempore Receſſus Imperii de A. 1654 jam contracta. 96
816. De mutatione Mandati C. C. in Mandatum S. C. 98
817. Exceptio litis alibi pendentis ceſſat, ſi Creditor ſolutionem debiti a Commiſſione Cæſarea petiit ad Oeconomicum alicujus Civitatis in ordinem redigendum ſolummodo conſtituta. 99
818. Ceſſat Exceptio Præſcriptionis in caſu Epiſtolarum debentium, quibus ſolutionem pollicentur, dilationem rogant, aut pro data gratias agunt. 99
819. Exceptio verſionis non ſecutæ ceſſat, ubi notoria eſt neceſſitas mutuum accipientis. 99
820. De vera ſignificatione Vocum Hege und Laube des Walds, omnimodam circa ſylvas ſtatuendi diſponendive arbitrium inferentium. 100
821. Caſus perverſæ Interpretationis Cautionis de Judicio ſiſti & judicatum ſolvi. 150
822. Magiſtratus ob præſtitum conſenſum in oppignorationem bonorum pluribus creditoribus factam, ſi bona omnibus non ſufficiunt, tenetur quoque ob ſolam culpam, ſalvis tamen Exceptionibus alias contra Actionem ſubſidiariam competentibus. 152
823. Onera Parochialia interdum ſolis ſic dictis Ritterſitzen, nec prædiis eo pertinentibus inhærent. 154
824. Quodſi Dominus ad officialis ſine juſta cauſa ab officio remoti reſtitutionem condemnatur, arbitrio tamen illius honeſta dimiſſio ſimul relinquenda eſt. 155
825. Non omnis ſimulatio & Diſſimulatio fraudem præ ſe fert. 157
826. 1) Quando Petitorium coram alio Judice intendandum, quam coram qua poſſeſſorium eſt ventilatum? 2) Quando correus in cauſa correi & membra univerſitatis in cauſa univerſitatis teſtes habiles ſint? 157
827. Notorietes in vim probationis allegata, ſi negatur, ab allegante probanda eſt. 159
828. Fructus ex bonis villicorum creditori loco uſurarum ex pecunia mutuo data percipiendarum cedi nequeunt. 161
829. Tutores & Curatores non ſolum ob male geſta, ſed & neglecta tenentur, etſi illiterati ſint & inviti munus ſusceperint. 162

*Obſ.* *Pag.*

830. Caſus recentiſſimus, quo ſubditi a Domino ſuo immediate in Camera Imp. conventi. 164
831. Quando conſilium ad furtum committendum, conſultori peſſimum ſit? 164
832. Si Fidejuſſor ſuccedaneus tempus fidejuſſionis prorogavit, ſed absque adjecta determinatione, prius tempus conventum voluiſſe cenſendus eſt, ſaltem obligatus manet, quamdiu fidejuſſionem non revocavit. 165
833. Animus non injuriandi colligitur ex ſtudio defendendi. 168
834. Actione injuriarum non tenetur, qui virginem carnaliter cognoviſſe coram Paſtore eccleſiæ & judice confeſſus. 168
835. Errore ex facto ipſo & rei natura elucescente, præſumtionibus contrariis locus non eſt. 170
836. In determinatione accidentialium reſpiciendum ad obſervantiam & ad eam probandam admittendum unius teſtimonium, ſi ipſius non intereſt, uter ex litigatoribus vincat & cum ejus depoſitione adminicula quædam concurrant. 170
837. Notabilis caſus probationis conſanguinitatis per inſtrumenta. 171
838. Quid obtineat, ſi infans deliquit, & caſtigatio publica fortunæ ipſius nociva eſſe poſſet? 173
839. Tutor ſi in his, quæ Parentes pupilli neglexerunt, negligens eſſe pergat, excuſatur. 174
840. Formula nova in Camera Imp. Proceſſus Appellationis eventualiter decernendi, quæ in Materia Jurisdictionis colonariæ occurrit. 174
841. Petita Cautio ſufficiens realis aut fidejuſſoria de ſolvendo judicato, intuitu inſtituendi petitorii, expeditionem Mandati de exequendo æque minus, ac petita in eventum acceptatio ſummæ adjudicatæ in depoſitum, ſuspendit. 196
842. Comes a Civitate Imperiali in cauſa Turbationis ſimplicis conveniri nequit in ſupremis Imperii Trib., licet ſimul pro Mandato de non via facti, ſed juris, procedendo ſupplicatum fuerit. 197
843. Ob ſolam acceptationem Appellationis in vim judicialis denunciationis, petiti Proceſſus decernibiles ſunt. 197
844. Eccleſia Romana non facilis eſt in decernenda Excommunicatione. 198
845. An Fideicommiſſario univerſali remedium ex L. fin. C. de E. D. H. t. competat ante factam reſtitutionem, etſi hæreditatem propria autoritate invaſerit. 199
846. De modis illegitimis, quibus nonnunquam Fideicommiſſum ceu ſublatum vel revocatum in Foro impugnatur. 200
847. Requiſitum eſſentiale conſuetudinis non eſt, ut actus, quibus introducatur, judiciales ſint, ſed tutius tantum iſtiusmodi actus allegare, ſi quis conſuetudinem probet, in qua intentionem ſuam fundat. (ad L. 84. ff. de Leg.) 206
848. An diſpoſitio, quæ a diſponente nomine Codicilli inſignita, talis eſſe deſinat, quando is illam judicialiter deponi & ad acta regiſtrari curavit? 218

849. Revo-

Landesbibliothek Oldenburg

*Obſ.* *Pag.*

849. Revocatio & translatio ſubſtitutionis fideicommiſſariæ codicillis factæ, in caſu teſtamenti reciproci revocati, ultra bona ſuperſtitis propria extendi nequit. 220

850. Si minus, quam ſemiplene probatum, in criminalibus locum habet territio verbalis. 221

851. Si quis alteri in fundo ſuo ædes exſtruere permiſit, ea ſub conditione, ut locarium in ſumtus impendendos & refundendos impenderet, periculum caſus in ipſum non transfert. 223

852. Sponſalio ſine matris conſenſu, quando deficit pater, contracta invalida ſunt, licet juramento confirmata fuerint. 224

853. Modus Territionis realis a Carpzovio Quæſt. 117. Pr. Cr. deſcriptus, etiam extra Saxoniam obſervatur quidem, aſt pauciſſimis in locis, & vix alio in caſu, quam ubi Torturæ locus eſſet. Simulque reſolvuntur Quæſtiones, utrum Milites in omnibus delictis ad Legionem ſuam remittendi ſint? & quid requiratur, ſi ab ordinariis judicibus deprehendantur & Proceſſus formetur? 225

854. Receſſus diviſionis Mandatum S. C. operatur, ſi in vim Inſtrumenti Clauſulis executivis muniti initus. 229

855. Quid juxta Praxin Cameralem introducta Appellatione ab exceſſu Commiſſariorum obſervandum ſit? 230

856. An Curator bonorum pro Concuratore ſolvere teneatur? 232

857. Quæſtor Cameræ non ſolum cum Cæſare, ſed etiam ſtatibus Imperii in arctiſſimo nexu eſt. 233

858. Pater binubus non privatur Patria poteſtate ejusque effectibus. 233

859. Sola Confeſſio Succeſſoris in Territorio Germaniæ de verſione debiti in utilitatem ejusdem ſufficit, nec Creditor, qui in ea ſe fundat, ad probationem verſionis tenetur. 235

860. Quodſi contra complicem ultra territionem progredi non licet, alter vero ad torturam gravatus eſt, hæc præcedere debet. 236

861. Homicidium pro culpoſo, nec caſuali habendum eſt, quod ab eo commiſſum, qui circa rem neceſſariam, aut utilem non occupatus, omnem debitam diligentiam non adhibuit & veriſimiliter ſcire potuit, factum ſuum alteri nociturum eſſe. 237

862. Bigamus convictus, aſt non confeſſus, nec torquendus, nec fuſtigandus, ſed relegandus eſt, ſi conjux prior deſertione ſua crimini cauſam dederit. 239

863. Quid decernendum, ſi contra Inquiſitum, puncto adulterii, neque tortura, neque territio, neque juramentum purgatorium, neque egreſſus e civitate, decerni queant? 240

864. Articulus 131. C. C. C. in cauſa Infanticidii non requirit, ut infans mortuus repertus ſit. 241



Landesbibliothek Oldenburg

Obſ. Pag.

865. Quomodo & per quæ indicia probetur, Concurſum notorium eſſe? in ſpecie Leodii. 241
866. Si cauſa conſcientiæ alterius commiſſa, is juramentum delatum referre nequit. 260
867. Petitorium cum poſſeſſorio retinendæ haud inepte cumulatur, ſi de ſervitutibus agitur. 262
868. Ab emtione venditione extrajudicialiter perfecta reſilire non licet ſub obtutu, quod confirmatio judicialis impetrata nondum ſit. 263
869. An Judex a quo pendente appellatione, ſententiam latam declarare poſſit? 263
870. An Dolus a tertio adhibitus, ſi cauſam contractui dedit, eundem retro nullum reddat? & quatenus probatio læſionis per teſtes fieri poſſit? 264
871. An Exſpectivatus ſenior exſpectativam ſuam ætate juniori, cum conſenſu concedentis in alterno juris præſentandi exercitio cum alio conſtituti, cedere poſſit? 267
872. Curatori bonorum debetur Salarium, etſi concreditor ſit. 271
873. Genuinus ſenſus Parœmiæ juris; Schulden zahlen macht Hauptgeld. 272
874. An Vaſallus Feudum noviter acquiſitum, ſine licentia Domini, Fideicommiſſo onerare poſſit? 273
875. Uxor communem negotiationem cum marito exercens ex illatis in concurſu mariti cambium cum marito ſubſcriptum ſolvere tenetur. 311
876. Aggratiatio Principis dubia juri & æquitati conformiter eſt interpretanda, præſertim ſi concernit pœnam jure Divino non univerſali ſancitam. 312
877. Transactio judicialis ob læſionem enormen reſcindi nequit. 313
878. Increpatio paterna, ex animo infuriandi proveniens, præter ſatisfactionem privatam ceu injuria coercenda eſt. 314
879. Paſtori Eccelſiæ a fœmina non inhoneſta concubitus ſub ſpe matrimonii celebrati inculpato juramentum purgatorium imponi poteſt, ſi illa minus, quam ſemipleno probavit. 316
880. Reprobatio poſt publicationem Rotuli ſuper diverſis Articulis eſt permiſſa. 318
881. In cauſa ſtupri non ſemper reo purgatorium, ſed & actori ſuppletorium ob urgentes conjecturas imponendum eſt. 319
882. De quibusdam fictis Nullitatibus Proceſſus Criminalis. 320
883. De continuatione Torturæ a repetitione diverſa. 323
884. De raro Actionis de Syndicatu uſu. 324
885. Probe conſiderandus eſt in cauſa Infanticidii regiminis neceſſarii in Infante neglectus. 325
886. Juramentum delatum & acceptatum a deferente revocari nequit ab novas probationes per teſtes noviter repertos. 326
887. Omnes de Univerſitate agere poſſunt, Adverſario non reluctante, at nemo illorum pro univerſitate teſtimonium ferre poteſt. 327



Landesbibliothek Oldenburg

*Obſ.* *Pag.*

888. Etſi indicia in gravioribus delictis ad torturam ſufficientia non ſint, ſi tamen ad juramentum purgatorium ſufficiant, abſque eo inquiſitio abolenda non eſt. 329
889. An liberi facta matris quoad tutelarem ejus adminiſtrationem, etiam ad læſionem vergentia, impugnare poſſint? 330
890. De injuriis ab inferiore ſuperiori illatis. 336
891. Codicilli cum Teſtamento per Teſtamentum ſubſequens tolluntur, etſi Teſtator ipſis expreſſe non derogaverit, modo id ex ejus intentione pateat. 337
892. Si ſtuprata ſtupro anſam dediſſe dicatur, non quævis ſeductio ſufficit, ſed talis requiritur, quæ ex laſcivia orta. 344
893. Neque minorennitas, neque quævis ſimplicitas puncto Sodomiæ liberant a tortura, etſi per eandem plus non eliciatur, quam quod crimen tantum attentatum ſit. 347
894. Torturæ raro locus eſt in puncto adulterii. 349
895. Extraordinarium modum torturæ judex adhibere poteſt creſcente malitia delinquentium. 351
896. De beneficio competentiæ nobilibus competente. 352
897. Datur Jus Hominibus cum brutis commune. 355
898. Sententia eorum, qui nullum primum Juris Naturæ principium eſſe dicunt, erronea eſt. 356
899. Datur Jus Gentium a Jure Naturæ diverſum. 357
900. Diviſio Juſtitiæ in univerſalem & particularem, commutativam & diſtributivam, in Jurisprudentia poſitiva uſu ſuo non deſtituitur. 358
901. JCtus ſatisfactum ſibi haud credat, modo cives actiones externas ad Legem componant. 361
902. Vana eſt diſtinctio inter Privilegia & Beneficia Legis, haud vana inter Jura ſingularia & Privilegia. 362
903. Favor Juris pro Libertate perſonali ad Libertatem prædiorum non eſt extendendus, neque adeo quilibet in ſuo jus furni habet. 364
904. Si maritus ex præſumtionibus urgentiſſimis adulterum occidit, remiſſio pœnæ ordinariæ homicidii locum æque habet, acſi ipſum in adulterio deprehendiſſet. Quodſi vero limites Nov. 117. c. 15. egreſſus, pœna extraordinaria ad fuſtigationem usque extendi poteſt. 365
905. Conatus in crimine abactionis partus, poſtquam fœmina infantem ſenſit, fuſtigatione, antequam eandem ſenſit, ſimplici relegatione puniendus eſt. 372
906. Cauſæ violentæ cognitioni & Deciſioni Auſtregarum conventionalium non repugnant. 372
907. Exemplum abuſus Appellationis ab exceſſu Commiſſariorum alias permiſſæ. 377
908. Melancholia deſperabunda laborantes non ſunt pœnis afficiendi, ſed cuſtodiendi. 379

909. Ebrie-

Landesbibliothek Oldenburg

*Obſ.* *Pag.*

909. Ebrietas a pœna ordinaria non liberat, niſi quæ hominem memoria ſui liberat, ſeu extra ſtatum perſonalitatis ponit. 380

910. An inveſtitura ſub clauſula: Belehnen alle ſeine rechte Erben, ſie ſeyn genannt wie ſie wollen, excludat fœminas? 382

911. Pater uſumfructum in maternis intuitu unus ex liberis remittens, non tenetur eundem remittere intuitu aliorum. 384

912. Si facta permutatione Territoriorum, ex poſt numerus ſubditorum auctus, augmentum iſtud in æſtimatione læſionis ultra dimidium in computum non venit. 385

913. An is, qui jus cauponarium ultra 30. vel 40. annos b. f. poſſedit & certum uniformem canonem quotannis ſolvit, a domino expelli poſſit? 386

914 Caſus obſeſſionis viarum, quæ dicitur die Verwartung. 388

915. Caſus transactionis in Camera Imperiali, mediante Re- & Correferente in cauſa a partibus litigantibus initæ, ibidemque confirmatæ, etſi ſub illis Minores comprehenſi fuerint. 389

916. Etſi furtum trina vice iteratum ſit, ſi tamen fur reſtituit, vel minorennes, vel ſimplex eſt, licet propter 2. furta priora punitus, ultra relegationem ſimplicem pœna ſeſe extendere nequit, multoque minus, ſi tria furta valorem 5. Ducatorum non excedant. 397

917. Furta duo punita in computum venire nequeunt, quo tertia vice iteratum, in ſe parvum, magnum evadat, niſi furta plusquam tertia vice reiterata ſint. 398

918. Convenientiſſimum medium eos coercendi, qui criminis blaſphemiæ inculpati ſunt, ſcandalumque ſaltem in ebrietate dedere, pœnitentia eccleſiaſtica eſt, cum incarceratione. 404

919. Teſtium de univerſitate probatorialium teſtimonium robur ex acceſſione teſtium reprobatorialium de univerſitate adverſa ſortiri poteſt. 405

920. Citatus in cauſis ſummariis non comparens pro contumace habendus eſt, etſi de termino nimis anguſto querimonias jactet, modo ex circumſtantiis appareat, ipſum comparere potuiſſe. 408

921. Ad furtum qualificatum extra Saxoniam non requiritur effractio ſeditioſa. 410

922. An idem ſit, utrum matrimonium per mortem, an vero per divortium ob malitioſam deſertionem diſſolvatur. 411

923. Neceſſe non eſt, ut reprobatio probationi contradictorie inſtituatur, ſed ſufficit, modo etiam per indirectum intentionem actoris elidat, themaque, quod actor probare auſus, impugnet: tumque ſuper Articulis reprobatorialibus Juramenti delationi locus eſt. 412

924. Teſtamentum coram duobus Scabinis judicii nomine ablegatis, extra locum judicii, etiam abſente actuario, conditum ceu judiciale, validum eſt. 414

925. A

Landesbibliothek Oldenburg

*Obſ.* *Pag.*

925. A pœna gladii homicidam doloſum non liberat, quod occiſus fuerit homo ſceleratiſſimus. 415

926. Diviſio parentum inter liberos ex capite læſionis enormis impugnari nequit, eoque minus, ſi transactio acceſſit. 416

927. Propter exceſſum in pignoratione non competit Exceptio Spolii. 420

928. Subditi, qui ad ædium publicarum reparationem tenentur, ſumtus quoque ad easdem noviter exſtruendas erogare obligati ſunt, eoque magis, ſi obſervantia accedit. 421

929. Ad juramentum acceptatum admittendus non eſt, qui ſine metu perjurii probabili admitti nequit. 423

930. 1) An in Comitatu Loſſenſi bona immobilia per Succeſſionem Collateralem alterutri conjugum ſtante thoro obvenientia inter patrimonialia vel inter Acquæſtus ita referenda ſint, ut in defectu Pactorum dotalium medietas dictorum bonorum quoad proprietatem ſub lucrum conjugale conſuetudinarium cadat? 2) Quid circa talia bona in Comitatu Loſſenſi ſita obtineat, ſi conjuges non in dicto Comitatu, ſed in Territorio Leodienſi habitent? 423

931. Actio hypothecaria & perſonalis adverſus Debitorem & poſſeſſorem hypothecæ, qui etiam cauſam a Debitore non habet, cumulari poſſunt & quidem ita, ut poſſeſſori hypothecæ ſpecialis non competat Exceptio excuſſionis. 434

932. Bona, quæ fideicommittens in uno corpore tempore fideicommiſſi conditi poſſedit, conjunctim quoque fideicommiſſo affeciſſe cenſendus eſt, licet ſingulorum in teſtamento non injecerit mentionem. 436

933. De alimentis & ſumtibus litis actori pauperi ab adverſario ſuo proviſorie ſuppeditandis. 438

934. Qui alteri peritiam artium magicarum imputat, actione injuriarum ab ipſo conveniri poteſt. 439

935. Mejeriæ non niſi cum conſenſu ſuperiorum oppignorari poſſunt. 439

936. Privilegium Banni cereviſiarii mentionem ſolummodo der Krüger injiciens, ad alios ſubditos extendendum non eſt. 441

937. Parentes non tenentur ex delictis liberorum, neque quoad legitimam poſt mortem competentem. 442

938. Quamprimum reus hereditatis petitione conventus titulum ſingularem allegat, judicium hereditatis petitionis evaneſcit, etſi actor ipſum pro invalido declaret. 443

939. Legatum pro celebrandis Miſſis, absque denominatione loci, relictum, de Eccleſia in loco Domicilii intelligendum eſt. 445

940. In probando pactorum dotalium, in Inſtrumentum redactorum, tenore teſtes rejici nequeunt. 449



Landesbibliothek Oldenburg

Obſ. Pag.

941. In dubio pro excludenda defraudatione officiali publico imputata pronunciandum eſt. 450
942. Diviſio parentum inter liberos collationem excludit. 452
943. Officium arbitri familiæ herciscundæ in caſu diviſionis parentum inter liberos locum non habet. 455
944. Generatim pro vita & fama Mariti uxor efficaciter perſonam & res ſuas obligare poteſt. 457
945. Triumphans in Summariiſſimo ad cautionem de futuro judicato in ordinario & petitorio ſolvendo non tenetur, niſi hæc judicia expreſſe fuerint reſervata. 459
946. An in Franconia illatio valeat vom Grundzins auf Handlohn? 460
947. Reſponſum Juris Jenenſe confirmans Commentat. Illuſtris Dn. Struben, von des teutſchen Adels Brau-Gerechtigkeit N. St. P. III. Abh. XIX. & mear. W. N. St. P. XVII. Abh. IX. 461
948. De Collectatione Cleri in ſpecie Leodienſis, præmiſſa ſuccincta Hiſtoria Comitum Loſſenſium. 473
949. Juramenta dandorum & reſpondendorum in cauſis matrimonialibus admittenda non ſunt, niſi ab utraque parte indicia adſint, quæ easdem dubias reddunt. 515
950. An & quatenus Judæis beneficium reſtitutionis, in ſpecie ex capite minorennitatis, competat? 516
951. Maritus puncto adulterii incarceratus ob condonationem uxoris erga cautionem e carcere dimitti poteſt. 519
952. Exceptio ſub- & obreptionis, quæ contra mandata principum competit, id quidem operatur, ut poſſeſſio continuari poſſit, ſed a vi abſtrahendum: alias in caſu oppoſitionis, contra mandatum apud principem, exceptio ſub- & obreptionis obmovenda eſt. 521
953. Si ruſtici ad certas præſtationes pecuniarias loco operarum tenentur, ad operas in natura præſtandas adſtringi nequeunt, niſi erga remiſſionem quanti proportionati præſtationum pecuniariarum. 523
954. Ad pœnam ordinariam criminis reſidui dictandam non ſufficit dolus præſumtus ex re. 525
955. De Clauſula fideicommiſſaria donationi inter vivos adjecta. 527
956. Juramentum Judiciale locum habet, etſi deferens nihil probaverit, modo intentio ipſius omni fundamento diſtituta non videatur. 529
957. Si Privilegia per contractum quæſita ex ratione ſalutis publicæ revocanda ſunt, minima imminutio juris quæſiti præcavenda eſt. 531
958. Contra Judicem arreſtum non propitio jure relaxantem actio in factum ſeu ſubſidiaria competit, ſecus ſi juſta cauſa ad relaxationem permotus. 533
959. Jus coquendi & vendendi Vinum aduſtum, annexum Juris braxandi & divendendi cereviſiam non eſt. 534

960. Pri-

Landesbibliothek Oldenburg

*Obſ.* *Pag.*

960. Privilegio Fori & exemtionis Militis ejus quoque vidua gaudet. 537
961. Jus Molendinorum minime ad res meræ facultatis, ſed ad regalia pertinet. 539
962. De jure molendinorum bannariorum, in ſpecie Pnevmaticorum, ad homines proprios non reſtringendo. 541
963. De modo conſtituendi molendinum bannarium per præſcriptionem. 544
964. Cautio medicina Arreſti non eſt in cauſa executiva, eaque rejecta locus non eſt appellationi. 548
965. Si creditor pignoratitius moto ſuper bonis debitoris concurſu inter præcipuos eſſe videtur, diſtrahere tenetur pignus, ad uſuras autem ratione pecuniæ, quam retinet, ſolvendas adſtringi nequit. 551
966. An nomine des Auszugs, welchen unterweilen Eltern in einem mit ihren Kindern getroffenen Accord ſich vorbehalten, ſemper tale reſervatum intelligendum ſit, quod jure uſusfructus tantum competit? 554
967. Falſum eſt Heineccianum aſſertum: Uſumfructum male utendo non amitti. 555
968. Rationes jam computatæ & approbatæ quoad punctum omiſſorum, ab hæredibus, licet alibi domiciliatis, in loco adminiſtrationis geſtæ repetendæ ſunt. 556
969. Utrum de credulitate in ſupplementum jurari poſſit? 558
970. Num Mejero liberum ſit, Majeriam Domino cedere? 559
971. Ob ein jeder Eigenthümer einer Waldung denen, welche ihre Felder zwiſchen Holzungen liegen haben, mit Axten und Barten dahin zu gehen verwehren könne? 560
972. Interceſſio mulieris pro marito non valet, ſi ei tantum aſſeveratio loco juramenti acceſſit. 561
973. An opinio nonnullorum fundata ſit, quod ſi lis ſuper retinenda poſſeſſione in ſummariiſſimo eſt, annua poſſeſſio ad manutenentiam neceſſario requiratur? 562
974. Defenſor confeſſionem propriam judicialem Inquiſiti vi aut minis non extortam, præſertim ſi fuerit repetita, per ſe revocare, eaque revocatione mediante torturam, velut in cauſa falſæ monetæ, avertere nequit. 563
975. An hodie indiſtincte milites propter delicta communia, velut crimen falſæ monetæ, in foro ſuo privilegiato puniendi ſint? 564
976. An fatale reprobationis, ubi introductum, a die inſinuatæ citationis ad publicandum rotulum, an vero a die reſervatæ probationis, computandum ſit? 565
977. De Cambii cum Cambio compenſatione. 566
978. Uxor adulterii rea propter abſtinentiam mariti talem mitigationem pœnæ ordinariæ urgere non poteſt, ſicut propter denegationem debiti conjugalis. 568
979. Quoad criminalia, in ſpecie infanticidium, mere ſimplices cum ſtupidis confundendi non ſunt. 570



Landesbibliothek Oldenburg

*Obſ.* *Pag.*

980. De Furti domeſtici ſpecialis qualitate, præter indicia gravia, Inquiſitionem ſpecialem fundante. 571
981. Si culpa medici vel aliorum, medicum arceſſere negligentium, media ad vitam conſervandam idonea interfecto non applicata, pœna ordinaria homicidii mitiganda eſt. 573
982. Idea exemplaris Relationis pro Statu in Camera Imperiali a Præſentato ad Aſſeſſoratum elaborandæ, ut & Cenſuræ, inſerviens ſimul illuſtrationi Commentatiunculæ P. II. Wetzl. Beytr. N. IV. inſertæ. 574
983. De Ambitu Conſtitutionum Eccleſiaſticarum Jus Divinum Veteris Teſtamenti quoad præcepta Myſtica non excludente. 711
984 De genuina Actum Juridicorum Indole generali. 716
985. Parocho non omne Jus dirigendi exequias & diſponendi de funere denegandum eſt. 721
986. An & quatenus juxta legem 18. C. de transact. ſuper adulterio tranſigere prohibitum ſit? 722
987. De Juribus circa Euchariſtiam inter Proteſtantes Collegialibus. 723
988. In cauſa Infanticidii propter ſcienter laceratum, minusque obturatum funiculum umbilicalem, locum habet tortura, non obſtante Diſſenſu Medicorum, an id abſolute lethale ſit. 729
989. Quodſi actor petitam cautionem pro reconventione, ubi ſimultaneus Proceſſus ceſſat, non præſtitit, neque oppoſita exceptione plurium litis conſortum hos debito modo citari curavit, Judex concluſionem cauſæ reſcindere non tenetur, ſed actorem in expenſas retardati proceſſus condemnare poteſt. 731
990. Exceptio erroris calculi omni tempore, non obſtante re judicata vel transacta, locum habet, niſi ſuper ipſo calculo transactum fuerit. 733
991. Inculpatio perſonæ, quæ in officio publico conſtituta eſt, ab alia incognita, quæ atteſtato vitæ honeſtæ deſtituta proveniens ad Inquiſitionem ſpecialem non ſufficit. 734
992. An teſtamentum judiciale ſubſiſtat, quod Judex ipſe qua Advocatus concepit? 734
993. Criminis adulterii non convictus, attamen ſuſpectus, ob interceſſionem conjugis innocentis erga pœnam pecuniariam dimittendus eſt, ſi media eruendi veritatem adhibenda ipſa pœna graviora eſſent, maxime in Terris Pruſſicis. 737
994. Ceſſionarius ſupplere poteſt, quod ad formam negotii cum cedente celebrati requiritur. 738

OBSER-

Landesbibliothek Oldenburg

# OBSERVATIO DCCLXXXIV.

*Ulterior effectus juris Diſtinctionis inter Jus circa ſacra Collegiale & Majeſtaticum, quoad indolem Conſiſtorium apud Proteſtantes.*

§. 1.

De Effectibus Juris Diſtinctionis inter Jus circa ſacra Collegiale & Majeſtaticum latius egi Obſervat. ſup. CCCCXIX. ibique deducta confirmant Christian Liberi Unterſuchung der Conventional- oder Collegial-Rechte der Evangeliſchen Kirchen und deren rechtmäßigen Verwaltung ut & Just. Car. Wiesenhavern Diſſ. II. de Jure Majeſtatis, & de Jure conventionali ſacrorum dirigendorum.

Ulterius vero ſeſe exerunt iſti effectus, etiam quoad Conſiſtoria, quatenus genuina eorum indoles iſta Diſtinctione mediante, facilius quam alias, dignoſci poteſt.

§. 2.

Nimirum Collegium illud, quod apud Proteſtantes nomine principis Jus circa ſacra exercet, Conſiſtorium dicitur.

§. 3.

Quoniam itaque Jus circa ſacra vel Collegiale vel Majeſtaticum eſt (Opuſc. T. II. Op. IV.) ſequitur, quod 1) Conſiſtorium Jus ſuum originarie non ſoli principi, ſed ſimul Eccleſiæ acceptum ferat; indeque 2) nonniſi quoad poſterius imperative, quoad prius vero Eccleſia quantum fieri poteſt, in partes vocata, modo conſcientiæ conformi, procedere queat (alleg. L. §. 19. 36.)

§. 4.

In eo conveniunt Conſiſtoria Presbyteriis tempore Apoſtolorum: nam & hæc Jus iſtud circa ſacra Collegiale non exercuerunt, niſi Eccleſia, quantum fieri potuit, in partes vocata, modo conſcientiæ conformi, nec imperando.

§. 5.

Ubi ergo hodienum præter Conſiſtoria, Presbyteria vigent, ibi his præter cenſuram Eccleſiaſticam abſque coactione, ſola admonitione peragendam, nil relictum.

§. 6.

Modi illius conſcientiæ conformis medius gnarus nemo eſſe poteſt, niſi Theologus, utpote qui deſtinata opera Theologiæ ſtudet, cujus doctrinæ, norma conſcientiæ ſunt.



Landesbibliothek Oldenburg